



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLV. Otto und Wilhelm, Herzöge von Braunschweig und Lüneburg, bestätigen dem Kloster Diesdorf den Hof zu Werle, am 29. Juni 1334.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XLV. Otto und Wilhelm, Herzöge von Braunschweig und Lüneburg, bestätigen dem Kloster Diesdorf den Hof zu Werle, am 29. Juni 1334.

Nos Otto et Wilhelmus, dei gratia Duces in Brunefuick et Lüneburgh, volumus ad uniuersorum notitiam ad quos presens scriptum deuolutum fuerit expresse peruenire, quod nos cum consensu et arbitrio omnium heredum nostrorum, ob reuerentiam et honorem Ihesu Christi et ejus sanctissime matris Marie, nec non ob remedium et salutem animarum nostrarum, proprietatem unius curie in villa Werle, in qua curia nunc est residens quidam colonus nomine Bernardus, qui dat quolibet anno pro censu annuali alterum dimidium chorum filiginis duos solidos denariorum ac duos pullos, quam Buffo de Walstoue pie memorie a nobis pheudo tenuit et habuit, religiosis ac honestis dominabus procratricibus animarum totique conuentui monasterii sanctimonialium ordinis S. Augustini in Distorpp donauimus presentibus libere et donamus. In cujus rei euidentis testimonium presentes literas super eo dedimus nostris sigillis lucide roboratas. Datum anno domini millesimo CCC°. XXXIV. in die beatorum apostolorum petri et pauli.

Gercken's Dipl. I, 438—439.

XLVI. Bodo von Walstau verkauft Wiesen bei Werle an Helmir von Stolpen, am 27. Januar 1337.

In nomine domini amen, Ego Bodo senior, famulus de Walstau, morans ibidem, presentibus recognosco lucide uniuersis, quod mea prouida deliberatione prehabita et pleno de consensu omnium meorum super hoc requirendorum rite et rationabiliter dimisi et iusto venditionis titulo vendidi honesto viro Helmiro de Stolpen, cui in Soltwedel, et suis ueris heredibus dimidietatem majoris et minoris pratorum sitorum retro villam Werle et coram iudicio firmato et ciuibus siue villanis in Walstau eidem Helmiro resignaui cum omnibus iuribus, quibus medietatem dictorum pratorum usque huc habui et possedi libere hereditarie pacifice perpetuis temporibus possidendam. In cujus rei testimonium feci presentem literam inde conscriptam ex certa nostra scientia cum appensione mei sigilli firmiter communiri. Datum Walstau, anno domini M°. CCC°. XXXVII°. feria secunda post conuersionis S. Pauli, presentibus Syfrido seniore de Walstau meo fratre, Helmiro Krateken famulis, Vickone Brucker, Johanne de Henninghe ciuibus noue ciuitatis Soltwedel et multis aliis ad hoc pro testibus uocatis et rogatis.

Gercken's Dipl. I, 440. 441.